ad inducendum ipsam facilius per gratiam sibi faciendam id fecisse videtur. Et sic
per consequens se astrinxisse ad probandum de certa ipso et de probatione licet quod
eciam verum si negaretur. Sed vero non negetur valor, nulla probacio requiritur
nec eciam [illegible] et hoc illum sine [illegible] dumodo de aliis substan-
cialibus plene constaret. Dominus vero Urbanus VI in principio creacionis sue
voluit et ordinavit quod [illegible] impetrans certum beneficium vacans vel certo modo
vacaturum de valore illius teneatur facere mencionem sed eciam de valore aliorum benefi-
ciorum que obtinet tempore impetracionis et hoc secundum communem extimacionem et non
secundum taxacionem decime quod est contra alias voluit et decrevit illas gratias fore
nullius roboris vel momenti hoc verum nisi ipse motu proprio faceret sic [illegible] eciam
voluit in constitucionibus observari

Item licet quis iuret tempore recepcionis sue in canonicum servare statuta et con-
suetudines laudabiles ecclesie et postea impetret a papa aliquas por-
ciones seu prebendas contra consuetudinem illius ecclesie non refert propter iuramentum. Et vi-
deo huiusmodi impetracione preiudicium si in gratia huiusmodi ponitur clausula derogatorie
hodie poni consueta ut non obstantibus statutis et consuetudinibus ecclesie contrariis
eciam iuramento et confirmacione sedis apostolice roboratis. Et hoc est indubitatum per
textum [illegible] de rescriptis de prebendis et [illegible] li. VI. Et hoc eciam non obstante glosa
Jo. an. in c. [illegible] non deceat super verbo statutis li. VI. Si vero non ponerentur
dicte clausule derogatorie et esset gratia facta motu proprio dicto iuramento. Idem
quod in quolibet iuramento intelligitur auctoritas superioris excepta de iure iurando veniens et
ibi non per hostiensem Jo. an. in no. Si vero fuit gratia facta ad instanciam dicti
iurantis statuta huiusmodi esse addita aut expresse iuravit statuta et omnia con-
tenta in eis et sine causa impetraret contra illa forte non valet impetracio
nisi obtinuisset absolucionem a tali iuramento. Sed vero ex aliqua racionali
sufficienti causa impetrasset tenet et valet quia in quolibet iuramento intelligitur
si res in eodem statu permanserit de iure iurando quemadmodum. Aliud iuret inquirere
premisse statuta omnia ecclesie et hoc ex causa vel sine causa possit impetrare
contra ea quod non est verisimile quod voluit se tantum arctare quod nunquam contra illa
statuta impetraret iuramenta enim huiusmodi secundum intencionem iurantis sunt interpre-
tanda XXII. q. V. humane aures de iure iurando veniens et ecquito vallis
super qua distinccione fiat que le et no. in c. [illegible] e. ti. per Jo. an.

Item quod provisionis gracie in forma pauperum fiat per executorem ad instanciam consan-
guinei ad hoc illius mandati huius videlicet et tenet racio in huiusmodi provisionem
non requirit citacionem vel partis vocacionem prout notatur per Inno. et
hostiensem de prebendis. Dudum et in cle. iudicis de offi. dele. per Jo. an. et alios
et plenius per pau. in cle. ut si quis de rescriptis. per. Et potest fieri eciam ex officio
et in absencia impetrantis quod omnis alias fuit executa et per sanam rectoris ydoneus
et ipsa tamen non nam sua penna de qualificacione sua et vita debet fieri inquisicio
in locis ubi conversatus est de clericis postquam de prebendis quosdam secundum pau.
qui hoc notat in dicta cle. super verbo perinquisicionem ubi eciam dicit super
verbo parocie quod non sit necesse licet tutum super hoc pronunciare sed sufficit
quod executori constet per informacionem receptam de laudabili vita et conversacione
Et sic sine declaracione potest provideri unus in et salvis habet quod super

Marginal notes:

Sed in iuramento servandi statuta ecclesie licet aliquis non possit contra ea impetrare ut in casu ecclesia al. distinccionem

Quamvis tempore recepcionis sue iuramentum prestet servare statuta et consuetudines laudabiles ecclesie et postea impetret a papa aliquas porciones vel prebendas contra consuetudinem ecclesie non [illegible] apostolica providet et videlicet impetracio valide [illegible]

Videlicet provisio gratie in forma pauperum potest ad instanciam consanguinei provisionis impetrantis quod potest fieri eciam ex officio et in absencia impetrantis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 718, p. p.%20376 – Guilelmus Horborch: Decisiones novae Rotae (http://www.e-codices.ch/en/csg/0718/p.%20376)